

Franckesche Stiftungen zu Halle

Conspectus Chirurgiæ Tam Medicæ, Methodo Stahlina Conscriptæ

Juncker, Johann

Halæ, MDCCLVII.

VD18 90812107

Tabula XCII. De Operationibus In Lingua.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197684

5. Fistula exorta dentis evulsionem ordinarie efflagitat.

6. *Miscellanea Berolinensia* p. 143. de talibus tumoribus, epidemice grassantibus, referunt, quod, nisi sub initium apertio facta esset, suppurationis tempus fistulam adduxerit.

TABULA XCII.

DE

OPERATIONIBUS

IN

LINGUA.

- V**INCULI seu FRÆNULI INCISIO. German. das Zungen-Eßsen.
1. Non necessaria est hæc operatio, quando infans extra oris labia linguam extendere potest.
 2. Hinc plurimarum obstetricum opinio, ac si omnibus modo genitis infantibus lingua solvi debeat, rejicitur.
 3. Multo magis improbatur actio illa perversa, quæ dictæ opinioni superstructa est, nempe vinculi per unguem disruptio, quam mox post partum digitis suis tentant obstetrices. *Hildanus, Horstius, Scultetus* & alii de linguæ vinculo, unguibus infelicitèr discerpto, testantur.
 4. Quando autem lingua frænulo ita ligata est, ut liberum sui motum non habeat, operatio chirurgica necessaria est.
 5. Habet hæc strictura suos gradus. Modo enim levior est, & tunc suæctioni quidem nullum adfert impedimentum, loquelæ autem vitium postea efficit; modo tanta est, ut infans fugere non possit.
 6. Occurrunt nonnunquam *balbutientes*, imo prorsus *muti*, quibus hæc operatio præsentaneum adfert auxilium.
 7. Sequentè autem ratione instituitur:
 - 1) Chirurgus manu sinistra, vel peculiari instrumento, quod furcam refert, linguam tollit.
 - 2) Deinde forfice, satis acuta, tantam frænuli portionem discindit, quantam stricturæ gradus postulat. Postea melle rosaceo pars læsa

sa

sa aliquoties per diem injungitur. Vulgo putant, quod hac inunctione frænuli concretio impediatur; sed hæc ob linguæ frequentem motum non facile locum habet.

- 3) Caveatur autem, ne venæ *ranina* & ductus *Wartsonianus* seu *salivalis inferior*, qui juxta frænulum vel unico orificio, vel pluribus, in os hiat, lædantur. Alias hæmorrhagia vel ptyalismus inducitur.
- 4) Quando autem *raninarum* qualiscunque læsio omnino fieret, hæmorrhagia linteis, aceto imbutis, & sub linguam positis, sistitur; neque facile tale infortunium accideret, quod *Dionis* de infante, hæmorrhagia tali extincto, refert.

II. RANULA.

1. Est tumor tunicatus, circa *frænulum* & *venas raninas* proveniens, materiam modo mellagineam, modo mucido viscosam, modo plane tophaceam continens, & loquelam atque deglutitionem impediens. Germ. vocatur *das Fröschelein unter der Zunge*.
2. Quo major est moles tumoris hujus sublingualis, eo majus impedimentum sermonis &c. deprehenditur, ita ut, secundum *Tulpium*, juvenis quidam Gallus, cui ranula magnæ molis excreverat, vix verbum potuerit formare, multo minus aliquid deglutire.
3. *Remediis topicis* raro hic tumor removetur, non solum, quod *tunicatorum* indolem habeat, sed & quod loci conditio talia medicamenta difficulter toleret.
4. Hinc ad *operationem* confugiendum, & tumor in *adultioribus* ita extirpandus est, uti tabula de *tumoribus tunicatis* indicavimus.
5. In *infantibus* autem, quia talem operationem inquietudine sua turbant, sequente ratione incedendum est.
 - 1) Manu sinistra lingua tollitur.
 - 2) Tumor totus lanceola per transversum inciditur, cavendo sollicite, ne ductus *salivales* vel *vasa ranina* lædantur.
 - 3) Educta materia, ad recursum mali cavendum cavitas melle rosaceo, leni septico remixto, frequentius abstergatur, donec folliculus absorptus sit.
 - 4) Tandem consolidatio per liquamen myrrhæ promoveatur.

III. CANCER LINGUÆ.

1. De cancro tractando superius diximus. Restat, ut hoc loco specialem